

Laernam² deo Libero et Cereri et Corae, sacrae apud Aeginam deabus, tauroliatae, Isiacae, hierophantiae deae Hecatae, Graecosacranae³ deae Cereris.

Romae (VI 1780, descripsit Cyriacus, solus ut videtur). — 1) Aco Catullinus Philomatus praefectus urbi fuit a. 342–344, consul ord. a. 349. Cf. Cagnat mélanges d'arch. et d'hist. de l'école fr. de Rome 7, 1887 p. 266; J. Schmidt ad Eph. ep. 7, 220. — 2) Significantur mysteria Lernaee, de quibus cf. Pausanias 2, 36, 7. 2, 57, 2. 8, 15, 9. Kaibel ep. Gr. 866. Ea ipsa aetate qua hic titulus scriptus est memoratur ὁ τὴν Λέρναν κατέχων Ἴακχος a Libanio pro Aristophane I p. 427 Reisk. — 3) Dubium num recte exceptum sit vocabulum; sed cf. ad C. VIII 10364.

1261 Coeliae Concordiae, virgini | Vestali maxime, Fabia Paulina c. f. statuam facien|dam collocandamque | curavit, cum propter | egregiam eius pudici|tiam insignemque | circa cultum divinum | sanctitatem, tum quod | haec prior eius viro | Vettio Agorio Praetexta|to v. c., omnia singulari | dignoque etiam ab huius|modi virginibus et sa|cerdotibus coli¹, statuam collocarat.

Romae rep. in monte Esquilino, ubi etiam aedes Praetextati (teste fistula plumbea, edita Bull. municip. 2 p. 38) fuisse constat (VI 2145 aliquoties descripta a. 1591 quo repta est). — 1) Conferenda est epistula Symmachi 2, 36, ex qua colligitur virgines Vestales voluisse statuam dicere Praetextato, contradicentibus nonnullis, in his Symmacho. Apparet vicisse sententiam Symmachi, et virginem Vestalem maximam suis sumptibus statuam illam posuisse.

1262 Auchenii. | Anicio Auchenio Basso¹ v. c., quaestori candidato, | uno eodemque tempore praetori tutelari, proconsuli | Campaniae², praefecto urbi, trini magistratus | insignia facundiae et natalium speciosa luce virtutis | ornanti, qui claritatem generis paternis avitisque fastorum | paginis celebratam inimitabilium in rem publicam meritor. prae propria laudis industria reddidit auctiorem prosapiae; lumini aequae diserto ac nobili; provisione efficacia vigor[e] eloquentia egregia moderatione praestanti; in ipso flore iuvenilis aetatis frugem maturae auctoritatis . . .

Romae (VI 1679 fortasse non plus semel descripta saec. XVI). — 1) De hoc viro cf. Seeck Symm. p. XCIII, item infra N. 1292. — 2) Proconsul Campaniae fuit inter a. 379 et 382 (X 6656). Proconsul cur dictus sit, non consularis, quaesivi Mommsen mem. dell' Inst. 2 p. 314.

1263 Bassi. | Anic[i]o¹ Auchenio | Basso v. c., procons. | Camp., provisorio eius|dem provinciae, res|titutori generis | Aniciorum, ob merita | eius in[Z]ustria² | ordo populusque civita|tis Praenestinae pon. cens.

Praeneste rep., est Romae (XIV 2917). — 1) Aniclo, 2) industria lapis.

1264 inter avos proavosque tuos sanctumque parentem
virtutum meritis et honoribus emicuisti,
ornamentum ingens generis magnique senatus,
sed raptus prope liquisti, sancte Kameni,
aeternos fletus obiens iuvenalibus annis.
Te dulcis coniunx lacrimis noctesque diesque
cum parvis deflet natis, solacia vitae